



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

XLIII. Charta dotis quam Folradus constituit Helegrinae sponsae suae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

* *Leg. hac*
n. a. pte-
ceptio ar-
que confir-
matio

* nostræ auctoritatis præceptionem atque confir-
mationem per futura tempora inviolabilem atque
inconvulsam obtineat firmitatem, annulo nostro
subter iussimus sigillari. Data cæssio ista 11. No-
nas Junij anno xlii. Imperij Ludovici serenif-
simi Augusti, Indictione 111.

X L I I I.

*Charta dotis quam Folradus constituit
Helegrine sponse sue.*

An. 217.
Ex char-
tario mo-
nasterij Ca-
rcaffensis.

IN Dei nomine. Dulcissima sponsa mea Hele-
grina. Ego enim Folradus filius quondam Eri-
perti ex genere Francorum, & modo habitator
sum in pago Pinnensi. Dum non est incognitum
qualiter per voluntatem Dei vel parentum quon-
dam tuorum te desponsavi & carnali conjugio so-
ciari dispono, propterea dono tibi He. sponsa mea
in honore pulchritudinis tuæ in die nuptiali dotem
dignam atque aptam, hoc est, manfos meos infra
vicum Pinnensem, qui mihi pertinet & ex com-
paratione evenit & data mea pecunia comparavi.
Trado tibi ipsos manfos cum omni integritate sua
& domum dignam ad conmanendum exquisitam
casam unam communitatis, cum omnibus vtenfil-
ibus & vasis, cum omnibus adjacentis ad ipsos
manfos aspicientibus vel pertinentibus, cum ter-
ris & vineis, pomis, cum omnibus quæ super se
habentur vel ad ipsam curtem de Vico pertinent,
& quæ habere vilus sum, vel inantea Deo adju-
vante ibidem parare vel conquirere potero, in
integrum ista omnia superiùs comprehensa, si nos
Deus carnali conjugio sociari voluerit, in die nup-
tiali tibi dono, trado, atque transcribo ad possi-
dendum, ut quicquid exinde facere volueris, li-
beram & firmissimam in omnibus habeas potesta-
tem. Si quis verò, quod futurum esse non credo,
fuerit in postmodum ego aut aliquis de heredibus
meis, seu quælibet ulla opposita persona contra
hanc cartulam libellum dotis venire tentaverit,
aut eam frangere voluerit, primitus itam Dei in-
currat, & insuper unà cum socio fisco aurum li-
bram unam, argentum pondeta duo multam
componat, & quod repetit non vendicat, sed hæc
cartula libellum dotis omni tempore firma & sta-
bilis permaneat, cum stipulatione subnixa. Vnde
pro stabilitate vestra Audoaldum Notarium scri-
bere rogavimus. Actum in Vico anno regni & im-
perij Domini Ludovici xxx. & primo anno Sup-
ponis Comitum, die vltima Junij, Indi-
ctione v. Signum Folradi, qui hunc libellum do-
tis fieri rogavit. Lioto, Majolfus, Aloini, testes.

X L I V.

*Pippini Regis Aquitanorum præceptum pro
monasterio Montisolivæ in diocesi
Carcaffensis.*

An. 218.
Ex archi-
vo monas-
terij Mon-
tisolivæ.

Pippinus Dei gratia Rex Aquitanorum. Cùm
petitionibus fervorum Dei iustis & rationa-
bilibus divini cultus amore favemus, superna nos
gratia pro his muniri non dubitamus. Proinde no-

verit omnium fidelium nostrorum tam præsentium
quàm futurorum sagacitas quia vir venerabilis
Vvilafredus Abba ex monasterio qui nuncupatur
Mallasti, quod est situm in territorio Carcaffensi
super fluvium Duranum, constructum in honore
sancti Iohannis Baptistæ, cum terminis & adja-
centiis suis, obtulit obtutibus nostris quandam
auctoritatem Domini ac genitoris nostri Ludovi-
ci serenissimi Augusti, in qua erat insertum qua-
liter antecessor suus ipsum monasterium novo
construxisset opere, & propter ejus defensionem
vel propter pravorum hominum illicitas infesta-
tiones in manu ejusdem Domini Imperatoris unà
cum monachis ibi degenibus se commendavit, ut
sub ejus tuitione licuisset eis cum rebus & homini-
bus eorum quietè vivere ac residere, & depreca-
tus est clementiam regni nostri ut prædictum mo-
nasterium unà cum cellulis quæ nuncupantur san-
cti Martini prædicto monasterio subiectis, quæ
sunt sitæ in eodem pago super rivulum Lampi,
sive sanctæ Cæciliæ & sancti Petri, quæ sunt su-
per fluvium Duranum, cum omnibus rebus & ad-
jacentiis sive terminis suis sub nostra suscipere-
mus defensione & immunitatis tuitione. Cujus præci-
bus ob amorem Dei & reverentiam divini cultus
libenter autem accommodare placuit, & hoc no-
stræ auctoritatis præceptum immunitatis atque
tutionis fieri decrevimus; per quod præcipimus
atque jubemus ut nullus iudex publicus vel quilibet
ex judiciaria potestate in Ecclesiis aut loca vel
agros seu reliquas omnes possessiones prædicti
monasterij, quas moderno tempore iuste & ra-
tionabiliter possidet, vel quæ etiam deinceps in
jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas auge-
ri, ad causas audiendas, aut fræda exigenda, aut
manfiones vel paratas faciendas, aut hidejussos
tollendos, aut homines ipsius monasterij tam in-
gentos quàm & servos super terram ipsius mon-
asterij in iuste distringendos, nec ullas redhibi-
tiones aut illicitas occasiones requirendas, nostris
nec futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ
suprà memorata sunt penitus exigere præsumat.
Cedimus etiam eisdem fratribus juxta ipsum mo-
nasterium villas duas, quarum hæc sunt nomina,
villa Signarij, & villa Addarij, cum omni inte-
gritate, ut sicut de ceteris rebus proprietatem faci-
unt, ita de eisdem facere & ordinare vel dispo-
nere valeant. Et quicquid de rebus præfati mon-
asterij fisco sperare potest, totum nos pro æterna
remuneratione præfati monasterio concedimus,
ut in alimonia pauperum & stipendia monacho-
rum ibidem Deo famulantium proficiat in aug-
mentum. Et quandoquidem divina vocatione su-
prædictus Abbas vel successores ejus de hac luce
migraverint, quandiu ipsi monachi inter se tales
invenire poterint qui ipsam congregationem se-
cundùm regulam sancti Benedicti regere valeant,
per hanc nostram auctoritatem licentiam habeant
eligendi Abbates; quatenus pro nobis & totius
regni nostri à Deo nobis concessi stabilitate jugi-
ter Domini misericordiam exorare delectet. Et ut
hæc auctoritas à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ &
nostris veridè credatur & diligentius conservetur,
manu propria subter firmavimus & anuli nostri
impressionem signari iussimus. Signum Pippini
Regis, Candidus Diaconus ad vicem Hendrici